

Iuramentū dictum nō ampliat obligatiōnem.

ctorum opiniones circa modum obligationis ; se- cluſo ergo iuramento, videndum eſt quid proba- biliter fieri aut non fieri poſſit ; & eo addito nul- la circa id creſcit obligatio ; quia iuramentum vt diximus Titulo precedenti cap. 1. non ampliat obli- gationem, ſed ſtrictiorem reddit eam, quæ aliàs grauius vrgebat: non eſt ergo, vt dixi, cur Com- mendatarij de iuramento eſſe anxij debeant, licet eius obligatio magna ſit, quando nihil ratione illius moleſtum accidit, quod aliàs non ſit ſpontè & laudabiliter faciendum.

Circa ha- bendos eq- uos & ar- ma que obligatio.

3 Quid ergo cum equis, & armis adfuturos ſe prælio iurant, non arguit obligationem ha- bendi equos, & armã ſpecialia in conſcientiã eſſe grauem, ſi quando ſe obtulerit occasio, commo- de poſſint habere prædictã. Quamuis fortè poenã aliquã affici poſſint, ſi ea non habeant, vt de mo- re eſt apud tales habere. Et obligatio præſertim ceſſabit, ſi Commendatarij in eã iam ætate ſit, aut talibus corporis impedimentis, vt ſeruire per ſe ipſam nequeat; vel paratus mediam partem annui redditus ſoluere, vbi id in vſu fuerit. Quod quidem tunc præſertim intelligendum, quando de Regni deſenſione agitur ob externos hoſtes in- gruentes; quia verò in Indiis timeri incurſus ab ipſis indigenis poſſunt, & Commendatarij iurant deſenſuros ſe præſertim Prouinciã, in quã eſt illorum Commenda, videri alicui non immeritò poſſet Commendatarios teneri equos, & arma in promptu habere. Quod quidem in partibus vbi tale aliquid timeri poſſet, ita videtur aſſerendum; ſecus in alijs vt ſunt multæ pace altiffimã per- fruentes. Et hoc certè quàm ſit neceſſarium, damnis frequentibus experimur, dum ita ſecuri, & imparati agimus, acſi nihil poſſet aduerſum pertineri, & fauenti quidem maniſeſtiſſimè Deo, victores ſæpius euadimus, vincendi penitus, ſi munitiones noſtræ cum apparatus hoſtium in- gentibus componantur. Et dolendum profectò eſt regna aded opulenta, quorum diuitijs orbis vniuerſus exiſtat, omni ſecuritatjs munitas non eſſe præſidio, quorumque ciuitates muris poſſent argenteis roborari. Et Reges quidem noſtri ſatis id prouidenter gubernatoribus iniungunt; qui ta- men, vt theſaurus, quos in Hiſpaniam tranſmit- tunt, reddant ampliores, præſidiarijs ſumptibus parcunt, & leuis gratiæ captandæ ſtudio, quod eſt potiſſimum derelinquunt; augendis attenti- riuiſis, eorum fontibus prætermiſſis. Et poſſem ſpecialia quædam hoc ipſo, quo hæc ſcribo, tem- pore ſub oculos occurrentia, & miniſtrorum Regiorum circa militarem paraturam, minus fidelem induſtriam, ac boni publici detrimen- ta traducere: parco tamen quia non omnium hæc culpa eſt, & quæ dixi, ſatis eſſe poſſunt, vt aperiant oculos qui ad res iſtas debent attentius vigilare.

Circa præ- ſidia Indiã- rã incuria dolenda.

4 Quòd ſi ad deſenſionem Prouinciæ, in quã commendam poſſident, præſertim tenentur Commendatarij, ſpecialiſſimã quãdam ratione id agere debent circa Indos, quos ſibi commendatos habent, vt ſcilicet eos omni ſollicitudine defen- dant, & eorum quietum ſtatum ſtudeant pro- viribus contutari, & ad hoc quidem obligatione grauiſſimã conſcientiæ obſtrictos eſſe dubitari nequit: proterea namque Regia cura circa præ- dictã ad eos traducta eſt, vt quæ in Rege eſſe ſpe-

Teneri ad Indorum deſenſionem Commendatarij: vi iuramenti.

cialis circa omnes poſſet, cum cõmunis omnibus ſit, in ipſis ſit peculiaris, & ita commune bonum valeat melius promoueri. Vnde iuramentum ad hoc etiam videtur extendi; licet de militari tan- tum obligatione, cum bellum inſtat, procedere videatur. Pro quo facit id, quod habet Dom. Solorzanus Lib. 2. cap. 24. num. 1. & Cap. 25. num. 32. & in Politicã Pag. 425. Col. 2. vbi ait in Com- mendis conſtituendis à piſſimis noſtris Regibus non minus, immò magis curatum, cautumque fuiſſe, vt Commendatarij Indorum in ſe clientelam reciperent, & ſpiritualem ſalutem tempora- lemque curarent, vt potè miſerabilem, & multis iniurijs atque captiuitatibus expoſitorum; quàm militare ſeruitium, & Indicarum Prouinciãrum initionem, quod maximum Commendatariorum onus eſſe videtur. Cum ergo in iuramento ſpecialis mentio Prouinciãrum, in quibus Commenda exiſtunt, habeatur, ex eo apparet maniſeſtum illius obligationem ad talem deſenſionem exten- di; aliàs Regum piſſimorum prouidentia circa punctum grauiſſimum claudicaret. Et ita ex An- tonio de Leone affirmat Dom. Solorzanus ſupra num. 39. & Cap. 25. num. 32. & in Politicã Pag. 425. Col. 2. qui & obſeruat adhuc in titulis Com- mendatariorum antiquas clauſulas de Indijs in fide inſtruedis apponi, & iurari, ob ſignifican- dam obligationem prædictã, licet Rectores ha- beant pro eiſdem. Pro quã ſit vltra.

CAPVT II.

Obligatio tuendi Indos in Commenda- tarijs expenditur: & quid de iis, qui in Hiſpaniã degunt.

5 Obligatio ſanè grauiſſima eſt: & licet indicata dudum, eam oportet magis ex profeſſo demonſtremus: nec dilucidius id præſtari poſſet, quàm verbis Regiæ Schedulæ Ann. 1555. ad Limanam Audientiam directæ, in quã ſic: *Porque ya ſabes que el origen de eſtas Encomiendas fue reſpetando ſiempre el bien de los Indios, para que fueſen doctriñados en las coſas de nueſtra ſanta Fe Catolica, y para que los tales Encomenderos recibieſen cargo de la tal Doctrina y deſenſa de los Indios, que les eſtan encomendados, para no los dejar mal tratar en ſus perſonas y haciendas, y los recibieſen en Encomenda para que ningun agrauio recibieſen, y con eſta carga ſe los dieron, y han dado ſiempre, y es cargo conexo à la Encomienda; de tal manera, que enno cumpliendo, ſerian obligados à reſtituir lo que lleban, y es legitima cauſa para los prinar de las Encomiendas, &c.* Ex quibus conſtat obligationem iſtam talem eſſe, vt pecca- tum mortale ſit circa curam huiusmodi dormita- re. Nec dici poſſet plus centum iam elapſos an- nos ab huius reſcripti tranſmiſſione, & varias cir- ca Indorum regimen diſpoſitiones rigorem obli- gationis dictæ mitigaffe: nam Indijs ad curam ſpiritualem dati Parochi, ad politicam gubernationem & tuitionem Prætores, & Commenda- tarios iuſſos à commendatis ſibi populis remotos degere, in vrbibus ſcilicet Hiſpanorum, quæ ſunt Commendis propinquiores: ex quibus videtur obligatio prædictã ceſſare.

6 Sed

Nō eſſe ſa- lum in or- dīne ad de- ſenſionem Prouinciã, ſed ad om- niam Indorum deſenſionem.

6 Sed certè non ceſſat: nam quod de Pa- rochis dicitur, nihil euincit, cum maniſeſte con- ſtet illis etiam temporibus Parochos fuiſſe, licet pauciores, quàm opus eſſet pro mæſſe aded co- pioſa. Et quandoquidem in Parochis ipſis eſſe circa munus ſuum damnabilis negligentia poſſet, Commendatariorum ſollicitudo meritò à Regibus noſtris exigitur: vt ſi quid tale deprehenderint, remedium apud eos requirant, à quibus poſſet adhiberi. Quod autem ad Prætores attinet, mani- feſtiſſus eſt, cum exploratum ſit, Indos ab ipſis ſolitos hoſtiliter diuexari: vnde actum eſt ali- quando, an magis expedire eos penitus tolli, & alium modum gubernationis induci, vt teſtatur Dom. Solorzanus ex P. Acosta, & alijs Lib. 4. Cap. 2. num. 4. quia eorum multi peiores in ſuis Prouincijs ſunt quàm pyratæ, & prædones eas inſeſtantes, iuxta eundem, num. 7. non erit ergo circa hoc Commendatariorum ſuperuacua de- ſenſio: ad quam quidem ex ciuitatibus, in qui- bus degunt, poſſunt attendere, cum ad eos fre- quenter Commendati veniant, ex quibus poſſunt eorundem vexationes agnoscere; licet cautelã opus ſit, nec facilè fides eorum querelis adhiben- da, niſi quando prudens circa illas poſſit iudicium eſſormari. Et pro his quidem videri etiam poſſet Dom. Solorzanus Lib. 2. Cap. 24. num. 29. & ſeqq. vbi bene attendit quomodo ex Parochorum, & Prætorum deſignatione non ceſſauerit ea, de quã loquimur, obligatio; quod & tenet Antonius de Leone de Regijs Confirmat. 1. p. Cap. 25. n. 35.

Explicatur ea, ad qua illam oportet exten- di.

7 Deſenſio autem multa complectitur, de quã hic præſertim agimus, & ita ad illa om- nia ſe extendit, in quibus Indos vexari contigerit, & patrocinio quomodolibet indigere; etiam vexatio aut moleſtia à Regio Conſilio proueniat: poſſunt enim diſpoſitiones aliquæ inde procedere, ex incertã rerum maximè diſtan- tium notitiã, quibus oportet obluſtari. Quòd ſi etiam ad hoc pecuniã indigeant, & ſuccurrere Commendatarij poſſint, id debent facere, quia quidquid ſic expenderit, recuperare poſſunt; cum præſertim Indi in ſuis negotiationibus tenuis expenſas faciant. Hac de cauſã Commenda- tarius quidam his proximis annis, cum videret Commendatis ſibi terras auferri, quas diu poſſe- derant, & aliàs minimè æquales tribui, iudicium ad compositionem terrarum deputatorum ſen- tentiã, vnde illi migrare aliò cogebantur: ſuã pecuniã illas per compositionem obtinuit, & Commendatis tradidit. In quo quidem licet illis ægregiè benefecerit, ſuum tamen negotium egit, quandoquidem eo pacto Commendati in ſuis remanſere ſedibus, & ita Commendatario ſuo vtilis eſſe impoſterum, ſicut fuerant antea, potuerunt: & hoc quidem Commendatarij aduer- tere ſemper debuiffent; quidquid ſcilicet com- modi Commendatis accurent, in ſuimetipſorum commodum redundare: quemadmodum in agri- colæ commodum cedit quidquid opportunè cultui plantarum impenditur. Ex quo habetur etiam Commendatarios grauius peccare, ſi ad ſe accedentes auſterè Commendatos excipiant, & faſtidioſè repellant, ipſi querelis tædiati; ſic enim illi non audebunt deinceps ad eorſdem pro remedio miſeriarum ſuarum accurrere, & ita obligationi primariæ protectionis & deſenſionis

deerunt, qui & humanis & diuinis ad illam iuri- bus perurgentur, ex contractu ſcilicet cum Re- ge & iuramento: ſunt namque Indi puſilli cor- dis, & formidoloſi ac pauidi; vnde repulſi ſemel vix habebunt vnquam animum reuertendi. Au- diant diuinum ſpiritum dicentem illis: *Congrega- tioni pauperum aſſabilem te facito, Eccl. 4. v. 7.* Quæ verba peculiarem continent energiam: non enim iubet vt aſſabilem ſe quiſque exhibeat, ſed vt faciat: vt ſcilicet ſi aliàs homo auſterus ſit erga pauperum congregationem nihil tale præfe- rat, ſed naturæ vim faciat, & hoc non erga vnum aut alterum, ſed erga Congregationem. Et quis non videat Indorum populum, aut eorum tri- bum, Commendatario traditos, congregationem eſſe pauperum, erga quam Commendatarij aſ- ſabiles ſe præbere debeant, quia pauperes, & ingenio pauidi & ſuæ aliàs clientelæ? & ita mul- ticiplici ex capite obligatio vrget eos benignè & amicabiliter excipiendi. Vbi integrum poterat Concilij Limentis Caput ex ſcribit. *Tertium videlicet A. 3.* quod mirè in præſentem cau- ſam cadit: ſed vt totum non demus, eius portio minimè ſubtrahenda, dum ſic ait: *Nihil eſt in harum Indicarum gentium prouincijs, quod Eccleſiæ Præſides, ceterique miniſtri, non Eccleſiaſtici modo, ſed etiam ſeculari potentiã inſignes, à Chriſto ſummo E- piſcopo ac Rege animarum ſibi vehementius commenda- tum exiſtimare debeant, quàm vt huic nouo tenero- que Dei gregi paternum affectum, curamque pro ſpiri- tuali & temporali eorum neceſſitate, prout Miniſtros Chriſti decet impendant: & certè harum gentium man- ſuetudo, & perpetuus ſeruendi labor, & naturalis obe- dientia, atque ſubiectio, quosuis homines, quantumuis ſeros, mouere iure poſſit; vt eos deſendendos potius ar- bitrentur, quàm improborum prædam eſſe paterentur. Quapropter dolens impendè ſan. ſa Synodus, &c.*

Eccl. 4. v. 7.

Concilium Limentis 3. quantum benignam Indorum commendet tractatio- nem.

Commenda- tarios ſub mortali ad reſiden- tiam ſibi assignatam tenori.

Socijs fa- cientium obligatio reſtitutio- nis.

Licentiam pro abſen- tia quæ da- re poſſit.

8 Et propter obligationem deſenſionis alia eſt Commendatarijs impoſita, in ſuis ſcilicet Prou- incijs reſidendi, & in vrbibus Commenda pro- pinquis: de quo latè diſſerit Dom. Solorzanus Lib. 2. cap. 25. & in Politicã Lib. 3. cap. 27. & obligationem talem ad conſcientiam ſpectare, & ſub mortali conſtringere, non videtur poſſe du- bitari: nam cum eo onere Commenda tribui- tur, & deſenſio Prouinciæ cum Indorum pro- tectione iuratur: neque obligationi deſenſionis ſatisferi poſſet, ſi abſentia protrahatur: vnde & obligatio reſtitutionis inſurgit, ſi Commenda redditus abſentes imburſarint. Pro quo ſunt maniſeſta Regij reſcripti verba, de quo n. 3. *De tal manera que no cumpliendo, ſerian obligados à reſti- tuir lo que lleban.* Atqui abſentes nequeunt imple- re quod in præſato reſcripto habetur, vt eſt in ſuperioribus explicatum: tenentur igitur ad re- ſtitutionem. Neque ad communem doctrinam de lege pœnali poſſet eſſe recurſus, quæ antè ſententiam non obligat; quia id non habet lo- cum quando pœna imponitur ob defectum o- peræ, cui eſt ſalarium aut pretium assignatum, vt in præſenti contingit, & diximus Titul. præced. num. 29.

9 Poſſet autem ad abſentiam licentia con- cedi non ſolum à Rege, ſed etiam à Prorege & Gubernatoribus, vbi illi ſupremam habent po- teſtatem: ea tamen nequit niſi ex iuſtis cauſis peti, ſicut neque concedi. Cum verò tempus breue



breue dicatur eſſe futurum, non videtur poſſe præciſe decerni, quia circa breuitatem, cum de illâ in Iure agitur, ſunt varij dicendi modi, nam & ſunt qui ad annum extendant, vt in Gloſſa quadâ, Decreti legiſſe me memini: ſed melius equidẽ ad arbitrium eſt Gubernatorum ratione moderatum, & attentis cauſis, reuocandum. Tunc autem ſubſtitutum relinquendum, à Commendatario deſignandum, & à Gubernatore approbandum, ex Regiis reſcriptis habetur, de quibus Dom. Solorzanus ſuprà num. 39. Si quæ autem damna inde Commendatis obueniant, vt plerumque accidit, à Commendatario ſarcienda: bene idem textibus & Auctoriſibus inductis oſtendit. n. 40. & ſeqq. Ex quo fit quòd vtumque abſentia contingat, ſi Commendatis aliqua irrogantur iniuriæ, pro illis compenſandis Commendatarios obligari. Si inquam tales ſint, quibus ipſi obuiare abſolute potuiſſent, iuxta experientiam de talibus haberi ſolitam E. g. ſi locum tenentes grauiâ ipſis onera intulerint, eorum abſtulerint terras aut bona alia iniquis prætextibus. Et cum in caſibus iſtis Indi ad Commendatarios accedere ſoleant, & illi ſuccurrere; in abſentiâ tamen hoc penitus reſuſu fraudantur, & ſic prædictis iniuriis expoſiti relinquuntur. In quo quidem euentu non videntur ad integram compenſationem teneri, quia protectionis cura non ex integro ad eos ſpectat, ſed ad Prætores: vnde ex tributo Commendatariis ſolui ſolito, portio quadam detracta eſt pro ſalariorum Prætorum integrandis. Sicut ergo emolumentum imminutum, ita & curæ obligatio mitigata. Pro quo videri poſſe Dom. Solorzanus ſuprà. Cap. 24. num. 34. Nec tamen in Prætoribus ita dicendum, qui integre ad damnorum recompenſationem tenentur, cum habeant plenam iuſtitia administrationem, & manum validam ad omnem iniuriam propullandam, iuxta ſæpius dicta de obligatione Magiſtratum, qui ex iuſtitia ad prædicta tenentur: quidquid nescio quis in re omnium conſenſu receptiſſimâ obſtrepere videatur apud Dianam Parte 8. Tract. 7. Reſol. 38.

Pro damnis in illa que reſtitutionis obligatio.

Ad Prætores etiam ſpectare.

Circa impenſas obligatio qualis.

Benignior doctrina qualiter accipienda.

tendo Procuratore, quando per ſe adeſſe non potuit. Non enim negligentibus ſubuenitur, ſed neceſſitate rerum impeditis L. Non enim. D. Ex quibus cauſis maior. Et licet in iis, qui cauſa ſtudiorum abſunt, id exceptionem patiantur, iuxta id, quod Auctor idem congerit num. 115. & ſeqq. id tamen in caſu præſenti non eſt ad rem, vbi de impedimentis alterius generis diſputamus.

11 Et id quidem quod de ſubſtituto dictum eſt, debet fieri quando Commenda etiam à Rege tribuitur illis, quos Rex ipſe eſſe impeditos agnoſcit, vt feminis, pueris, & iis, qui in Hiſpaniâ degunt. Vbi quidem gratiæ tenor attendendus eſt, & illi ſtandum. Si autem in formâ ordinariâ titulus concedatur, ſubſtitutus eſt conſtituendus, quod pro pueris illi facient, qui eorum curam gerunt, qui ſicut in aliis, debent vtiliter negotium iſtud tractare, quod adeo eſt graue, & quaſtuofum; ſi ſecus autem faciant, non ideo detrimentum aliquod pueri patientur, quia non poſteſt illis negligentia, de qua nuper dictum, imputari. Dubitari autem poſteſt an in ætate grandiiori præſtare iuramentum debeant. Et videtur negatiue reſpondendum, cum ab eisdem non exigitur, quia cum ſit onus, de cuius obligatione non conſtat, non debet ſibi illud imponere, qui ab eo eſt beneficio pueritiæ reſeſtutus. Si autem petatur ab eo in iplâ conſeſſione in ætate diſcretionis, intelligendum de ætate, in qua poſſit militare, & decimum ſeptimum annum ſaltem, expletum tamen, requirit: de quo Alexander ab Alexandro Lib. 1. dierum genialium Cap. 20. vbi & Tiraquellus: licet in hoc vires attendi oporteat: non enim omnes in ea ætate tractandis armis idonei: arbitrio eſt ergo gubernantium relinquendum.

De Commendatariis ad ſeruiendum inſeſt.

Iuramentum an præſtare debeat qui in pueritiâ Commendam aſſeſtutus.

CAP V T III.

De obligatione circa ſpiritualia ſpecialius agitur.

12 EX verbis Reſcripti num. 5. adducti conſtat Commendas inſtitutas Paraque los Indios fueſen doctrinados en las eſſas de nueſtra Santa Fe Carolica: pro qua inſtitutione cum Parochi dati ſint, qui propterea Doctrinarij dicuntur, videndum reſtat ad quid talis ſe extendat obligatio. Cum enim Commendatarij in oppidis Indorum ſibi commendatorum degere nequeant, non videtur quomodo talis inſtitutio ad eos poſſit pertinere. Verum ex dictis num. 6. intelligi poſteſt qualitas huius obligationis, de qua Dom. Solorzanus Cap. 24. num. 31. ita ſcribit vt ſi Commendatarij, Doctrinarij dictos, vel remiſſos & negligentes otauerint, vel improbos, & impuros, vel cupidos, & rapaces, denique regem domini leſi grauius inſolentia Paſtoris animaduertent: pro fide, quam ſuis Indis debent, ad Episcopos deſerant: & quantum in ipſis fuerit ardentem agant, vt illis quam optima fide conſultum ſit. Sic vir ille pietate, & ſapientia inſignis, quibus dilucidè obligationem Commendatariorum expoſuit, & modum eidem faciendi ſatis declarauit. Pro quo & in Politicâ pag. 477.

Quomodo poſſint Commendatarij inſtitutione Indorum vrgere.

Dom. Solorzanus.

Iuxta

Et inſtitutionem facere iuxta modum procedendi Parochorum.

Inſtitutio cur non liceat circa non laborantem inſamiam.

Quando ad licitum.

Et Commendatarij queant inſtitutionem talibus iuramentis conſecrere, & tabellionis fide munire.

13 Iuxta hæc ergo Commendatarius tenetur grauius circa modum agendi Parochum inquirere, commendatos ſibi Indos interrogando, neque expectando, vt ipſi defectus Parochorum manifeſtent; poterit enim accidere vt illi de hoc taceant, vel quia inſtrui non admodum curant, & ita neque de Paſtorum incuriâ dolent, vel reſpectu alio timoris, aut ſimili. Neque tamen inſtitutio talis eſſe debet, vt ad particularia deſcendat, ſed generaliter de modo agendi interrogentur, aut per capita potiora: an honeſte viuat, an doctrinâ incumbat, an eos ad labores compellat, & laboris prætia perſoluat. Quæ quidem omnia ad ſpiritualia curam pertinere poſſunt: ſi enim Indi à ſuis Parochis ad labores compelluntur, eodem inuiſos habent, & ita inuiti audiunt, nec peccata illis integre in Confessione aperiant; immo neſcides dictis adhibent, vnde & fidei apud multos adhuc fundamenta non intacta, peruerſitate Paſtorum & quidem quod dicere Indi poſſunt, licet poſteſt ab eisdem interrogari. Poſſunt autem illi cum publica apud eos ſint, Paſtoris vitia deſerre, vnde & Commendatarius percontari: erit autem commodus inquirendi modus, ſi Indi de Chriſtiana doctrinâ interrogentur: quam ſi probè calleant, ſignum erit diligentia in Paſtore, & ita quoad hoc non erit opus interrogatione. Occaſione autem rectæ inſtitutionis, de qua laudari Paſtor poterit, circa alia inſtitutio cordata procedet: quamquam cum Indi non ſit opus delicatiori ſcrutatione, ne ſcilicet intelligant de modo agendi Paſtoris ſiniſtram opinionem haberi; quia non ita in illis, qui in ſuis oppidis habitant, diſcurſus attollitur, vt læſio poſſit famæ in Paſtore timeri. Propter quam rationem in Cap. Inſtitutionis, de accuſationibus §. Tertio. Cauetur ne inſtitutionis viâ contra aliquem procedatur qui aliqua non labore infamia; vt enim bene ait P. Leſſius Lib. 2. cap. 15. numer. 122. merito quiſque poſſet queri ſibi fieri iniuriam, ſi in vitam eius iuridicè inquiratur; cuius fama alioquin eſt integra: nam per talem inſtitutionem redditur ſuſpectus: ſic ille. Quod quidem propter eandem rationem non videtur licitum; etiamſi iuridica inſtitutio non ſit; pariter enim ſuſpectus redditur, dum circa ſpeciale maleficium inſtitutio formatur ſeriâ, & vrgenti interrogatione. Quod tamen, vt dixi, circa Indos non eſt cur communiter timeatur. Præterquam quòd vt citatus Auctor cum Nauarro ait in Rubrica ſe Indiciis num. 92. inſtitutio talis licet quando ſit ad maleficia impedienda, & eorum occaſiones tollendas, videatur num. 121. & id quidem in præſenti contingit, vt non debeat circa hoc ſcrupulis eſſe locus: ad alia vtilius deriuando, de quibus inſerius.

14 Conſtat ergo ex dictis Commendatarios in ordine ab bonum ſpiritualia Indorum ſuæ Commendæ inſtitutionem circa Parochos omnino extra iudiciale facere poſſe: iudicialis enim non licet ex defectu iurisdictionis, & erit illa contra Eccleſiaſticam immunitatem. Non eſſet tamen talis, ſi in ordine ad informandum Episcopum aliquorum dicta ſcripto exciperentur, etiamſi firmata iuramento: quia iudiciale non eſt, quod iudicis auctoritate non ſit, vt ex nomine ipſo liquet, & eſt recepta doctrina. Vnde

de etſi tabellionis fides talem informationem roborat, idem etiam dicendum, quia tabellio non eſt iudex, & ea etiam, quæ iudicialia non ſunt, ſua poſteſt aſſertatione firmare, vt paſſim accidit in teſtamentis, donationibus, contractibus, & aliis. An autem ad hoc poſſit auctoritas iudicis interponi communis quaſtio eſt, de qua poſt alios Diana Parte 1. Præſt. 2. Reſol. 53. & Parte 3. Tract. 1. Reſol. 52. vbi pro vtraque parte Auctores congerit, & licet pro negatiua ſter, oppoſitam non iudicat eſſe improbabilem. Et quidem Doctores illam tenentes vt ſunt, & tantæ auctoritatis, vt merito debeat ſatis probabilis iudicari. Pro caſu autem noſtro fauet aperte Souſa in Bullam Cæna diſp. 95. numer. 3. vbi ait, quòd quando non eſt aditus ad Prælatum, qui iudicem ſe informare poſſit; de facto criminali alicuius Eccleſiaſtici; & in eo continuatur, & eſt periculum in mora, poſteſt iudex ſæcularis informationem facere, vt Prælato præſentet, non verò in aliis caſibus. Quam doctrinam ait Diana Reſol. 53. valde eſſe notandam à iudicibus laicis. Cumque Reſol. 52. citata ſimilem aut potius eandem ex Riccio afferat in præxi Tomo 4. Reſol. 460. num. 5. ſic concludit: ſed ego non puto recedendum eſſe à noſtra ſententiâ quia tales caſus ſunt metaphyſici, & moraliter vix poſſunt accidere. Sic ille: cuius admonitio ad iudices laicos nullius momenti redditur, quandoquidem non eſt valde notandum, quòd moraliter accidere non poſteſt. Quod ergo prius vt omnino veroliſſime propoſuerat, poſteâ videtur non ita probaſſe. Sed certè ſi quòd id accidat, quòd vix moraliter accidere poſſe pronuntiat, doctrinam talem iudicem laicum amplecti poſſe, videtur tandem affirmare. Quam & generalius amplectitur P. Leſſius in Reſolutionibus poſthumis. Verb. Index. Caſu. 2. Non eſſe autem moraliter improbabile in Indiis, comprobat, & in caſu de quo loquimur, paſſim accidit; propter diſtantiam enim, & alias circumſtantias diſſiciliſſimum ſæpius eſt Episcopos circa modum agendi Parochorum plenius informari. Ego tamen in caſibus eiſmodi contingentiâ auctor eſſem Commendatariis, vt minime iudiciale informationem effortarent, quæ eo ipſo odioſa futura eſt; & penitus reiicienda; & ita opportunius erit ſine auctoritate iudicio eam inſtrui, & cum omni ſecuritate tranſmitti.

15 Sed quid ſi Prælati remedium efficaci non apponant, vt accidere poſteſt, & vtiſſimè non frequenter; ſolent enim iſta viſitatoribus committi, per quos nihil videtur in melius commutari; videtur equidem remedium diſſicile, ſi enim adeatur Patronus, vt Prælatum admoneat, & ille reſpondeat à ſe circa iſta prouiſum, & in iudicio nihil contra delatum reſultaſſe ob quòd debeat caſtigari: quid ultra eſt Patrono faciendum? Nihilominus inſtandum; ſic enim res meliſſis agitur, & Patronus Prælatum vrgeret, atque hic ad remedium adhibendum efficaci inſtantia compelleretur. Et ad hæc quidem Commendatarius grauius obligatur, nec tuta illius eſſe conſcientia poſteſt, ſi cuiumque ſuccumbat obſtaculo. Faciendum namque ab illo, quòd abſque dubio fieret, ſi de auferenda ipſi Commenda tractaretur: vni enim ſententiæ non cederet, ſed ſupplicaret, & in ſupplicatione victus, ad ſupremum

An etiam iudicis auctoritas inſeſtponi.

Diana minus conſeſtuens aſſeſtendum.

Quid pro Indiis conuenientius.

Quod ſi Prælati remedium efficaci non apponant.